

## Dissertatio Exhibens Positiones Nonnullas De Gradibus Prohibitis

[Rostock]: Typis I. I. Adleri, [1753]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892641193>

Druck Freier  Zugang






V. l. — 197 (23.)

Pl. — 197 (23.)





DISSERTATIO,  
EXHIBENS POSITIONES NONNULLAS,  
GRADIBUS PROHIBITIS:

QUAM,  
DEO T. O. M. GRATIAM SUAM LARGIENTE,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DOMINO FRIDERICO,**

DVCE AC PRINCIPE  
HEREDITARIO MECKLENBURGICO,  
PRINCIPE VANDALORUM, SVERINI AC RACEBURGI,  
COMITE ITEM SVERINENSI,  
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE

DOMINO,  
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO.

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,  
PRÆSIDE

**DN. ERNEST. JO. FRID. *Stankeln,***  
SEREN. DUCIS REGNANTIS MECKL.

CONSIL. CANCELL. ET CONSIST. ATQUE PANDECTARUM  
PROF. ORD. FAC. SENIORE ET H. DECANO,  
IN AUDITORIO MAXIMO,  
HORIS ANTEMERIDIANIS CONSUVETIS,  
A. O. R. MDCCCLIII. d. 14. APR.

DEFENDET,  
**DIET. JOACH. HELMUTH SPRENGEL,**

ZITTAVIO-MECKL.  
ADVERSUS PLACIDE DISSENTIENTES,  
**DOMINICUM AUG. PRÆVEKEN,**

SALIZA-MECKL.  
**GODOFR. DIET. JO. HENR. LEONH. WESTERHEIDEN,**  
CHALUSO-MECKL. ET

**JO. FRID. HINTZEN,** ROGGENSTORFFIO-MECKL.  
PHILOS. ET SS. THEOL. CULTORES.

TYPIS I. I. ADLERI, SEREN. DVCIS AVL. & ACAD. TYP.

VIRO  
ADMODUM REVERENDO ATQUE DOCTISSIMO,  
DOMINO

THOMÆ MATTHIÆ  
SPRENGEL,

PASTORI ECCLESiarUM, ZITTAVIENSIS  
ET LANGEN-BRUTZENSIS,  
IN DUCATU MECKLENBURGICO,

LONGE MERITISSIMO,  
DOMINO PARENTI SUO

LONGE INDULGENTISSIMO,

DISSERTAT. HANCCE ACADEMICAM,

IN TESSERAM FILIALIS OBSERVANTIÆ

AC GRATITUDINIS, PRO OMNIBUS

IN SE COLLATIS BENEFICIIS, CUM VOTO VALETUDINIS,

AD SERAM USQUE ÆTATEM, INCONCUSSE,

OMNI, QUÆ

DECET, PIETATE SANCTAM ESSE CUPIT,

OBEDIENTISSIMUS FILIUS,

DIET. JOACH. HELMUTH SPRENGEL.

**I**n limine matrimonii omnino & quæ casus indispenſabiles, ante omnia, respicienda est genealogia, ope doctrinæ legalis, de gradibus prohibitis. Domini Pastores sunt primi, qui, in arctiori cœtu, possunt observare emergentia, quocirca absolute sint doctrina illa imbuti, quoniam de non intellectis nequit dari consilium. Jam autem Ordinatio Eccl. Rev. sa, fol. 260. a. ita disponit: Diese, oder dergleichen Regeln, (præcedunt §S. de gradibus) sollen die Pastores und Consistorium wol bedencken und damit hiewieder nicht gehandelt werden müge, sollen die Leute ihre Pastores zuvor umb Rath fragen, ob es auch zu nahe in der Freundschaft und Schwegerschaft sey. Ergo ea Studiosi Theologiæ discant, quibus, Pastores facti, utantur. Neglectum hujus moniti probant, proh dolor! exempla novissima & recurrentia ex nostra patria. Sunt casus, intra annos retro proximos, denegatæ proclamationis, in gradibus nullo jure prohibitis; Sunt, proh! alii, approbationis, a scientibus genealogiam, sed ignorantibus jura; posteriores pœnis, priores exprobrationibus, fiunt obnoxii. Notentur, in tempore, textus laudatæ Ord. f. 257. a. Wie aber die Kirchen von dem Ehestande sollen unterrichtet werden, solches wissen verständige Prediger wol, und ist hochnöthig, daß rechte Lehre, von dem Ehestande, dem Volck oft werde fürgetragen, den Jungen und Alten zu gute; & f. 258. b. Dieweil aber das Volck unvorsichtig ist, viel, in verbotenen Graden und Sippschaft oder Blutsfreundschaft und Schwägerschaft sich zu verheyrathen, unterstehen, würde hiezu nicht undienstlich seyn, daß die Pastores, alle Jahre, einmahl oder zwey dem Volck Erinnerung und Unterricht thäten, mit welchen Personen keine Ehe seyn könne. Davon sollen die Pastores das 18 Capitel im dritten Buch Mose, dem Volck vorlesen, und im rechten Verstande erklären. Excusabat se aliquando, vir, alias bene intelligens, versione B. Lutheri. Autor & svasor ego semper fui nostris Dominis Theologiæ Cultoribus, ut discant & hæc docenda. Publica privataque Collegia Juris Matrimonialis sæpe præstiti. Interfuerunt interdum, per hebdomades concernentes, Theologi, Lectionibus Pandectalibus. Testantur nonnulli, in hodiernum, quod operam bene impenderit. Quid hæc pagellæ ad scopum vehant, videatur. Erit earundem fatum idem,

cum eo, quod est cordatis viris proprium, qui laudantur a multis, culpantur a nonnullis. Difficulus rosa ex spinis carpuntur; Sed pungant, veritatis & praxeos inimici imbelles. Vana sine viribus ira, & tandem viperæ sibilare desistent.

POSITIONES IPSÆ.

CLASSIS PRIOR.

- I. Non quilibet ducere potest quamlibet; Ipsa enim ratio nobiscum nata prohibitionum quarundam, per genealogiam, est gnara; Maxime qua lineam rectam. Potest etiam otaliquid naturaliter esse turpe, vel absurdum, quamvis non præcise sit subsumentio, a principio quodam Juris Naturalis decantato. *Vid. B. DE LEYSER Medit. Spec. III. med. 3.* Accedit, quod non fit casus dabilis, conjugii, in linea recta, si mundus hiccè judicaretur ad regulam.
- II. Leges connubiales, Levit. XIX. & XX. sunt omnino positivæ universales.
- III. In illis legibus non tantum personæ, sed etiam gradus sunt prohibiti, & quidem, in consanguinitate simpliciter, in affinitate cum grano salis.
- IV. Leges has esse correctorias, sub gravi distinctione, venit dicendum.
- V. Nec leges correctoriæ respuunt interpretationem comprehensivam.
- VI. A remotiori, ad proximior, intuitu stipitis & fundamenti cognationis, nisi insanire lubuerit, concludendum omnino erit.
- VII. Qui aliter sentiret, sororem germanam concederet, consanguineam vero & uterinam interdictam haberet.
- VIII. Valde etiam notabilis est, prohibitio, qua viduam patruï versiculo 14. ubi ex affinitate in consanguinitatem quater & in affinitatem ter concludendum.
- IX. In legibus Levit. XVIII. & XX. nullus datur pleonasmus.
- X. Lex illa connubialis Levit. XVIII. eadem illa est, de cujus transgressione loquitur textus antediluvianus, Genes. VI. v. 1. f. Si enim fuit delictum, zu Weibern nehmen, welche man will, sequitur, quod est in asserto. In genere, lex nostra agit de præterito; Nec datur pœna ante legem.
- XI. Clausulam pœnalem Lev. XVIII. restringere ad versiculos ultimos, edicti divini, sophisticum est.
- XII. Idem dicendum de distinctione inter Weib & Wittwe, v. gr. qua fratris viduam, XIII.

- XIII. Offendiculum illud, ex jussu divino, de ducenda fratris vidua, facile tollitur.
- XIV. Computatio juris civilis fit per gradus, durch Schritte; canonica, per generationes, durch Glieder; Hinc easdem differre, apertum est quidem; sed de præstantia alterutrius disputare, inutile.
- XV. Optime putamus explicari omnia, per militum procedendi modum: Præcedit caput & ductor, cui comparandus communis stipites, quem ex stylo superius pingere, nisi hoc schema placeret, absurdum foret: Seqvuntur gregarii, per lineas transversas, quas Glieder dicimus, juncti. Qui in prima, sunt liberi, qui in secunda, nepotes & sic porro.
- XVI. Jam dicendum: Es können sich nicht 2 aus dem ersten Gliede heyrathen. Auch nicht 2 aus dem ersten und andern Gliede; wol aber 2 Personen, die beyde aus dem andern Gliede sind, u. s. w.
- XVII. Inter stipitem sive ductorem & eundem seqvientes, conjunctio nulla licet, quam longe etiam hi seqvantur.
- XVIII. Respectus etiam parentelæ est infinitus, hinc, ex prima linea transversa, aus dem ersten Gliede, nemo conjungi potest, cum persona, ex tertia, quarta & ultra, si per annos etiam casus dabilis.
- XIX. Qua respectum parentelæ, posito uno casu, fiunt quatuor simul & una prohibiti.
- XX. Uxoris defunctæ sororem duci posse, multis defenditur; Sunt, qui illam novam uxorem optimam vocant novercam; Sed, nisi aliunde daretur licentia, sane ex eo fundamento nihil ad rem caperetur. Nullum consilium sit sine jure probum.
- XXI. Sponsæ sororem aut plane denegent, aut plane concedant Consistoria; Medium enim juramenti purgatorii, vehementer nobis displicet.
- XXII. Sponsi fratrem & fratris sponsam simpliciter denegari, rectior est sententia.
- XXIII. Idem dicendum de sponsa patris vel filii.
- XXIV. Qua sponsam generi, vel sponsum nurus, pariter sentiendum, & sic per omnes gradus plane indispensabiles, da Bluts-Freund hat Schwiegerin gemacht.
- XXV. Elegantes sunt meditationes probabiles, Griebnerianæ, de prohibito cum novercæ matre conjugio.
- XXVI. Confusionis officiorum consideratio non est negligenda. Nec tamen ea abutendum. Facilius e. gr. concedimus conjugium, cum privigni vidua, quam cum privignæ viduo

- viduo & sic per omnes octo casus, secundi generis affinitatis, ubi adest respectus parentelæ.
- XXVII. Schola Romana ecclesiastica fecit tria affinitatis genera. Bene! expedit enim; Absit tamen quæstus.
- XXVIII. Adoptio, etiam minus plena, impedit matrimonium, & qua dispensationem non semper idem dicendum, Detur casus & respondebimus.
- XXIX. Comprivignorum conjugium, ex argumentis nimis longe petitis fuit aliquando in dubium vocatum. Vid. historia litteraria Rostochiensis.
- XXX. Die Tochter, des Vaters Weibes, in vers. 11. Lev. XIII. est ea, quam noverca, vel patris concubina conceperat ex alio viro, post commixtionem cum patre.
- XXXI. Graviter hoc loco peccat praxis, versiculo non ponens personas, quæ sunt in intentione divina.
- XXXII. Die Tochter, der Mutter Mannes, non eodem censeatur jure; Bene autem der Sohn des Vaters Weibes.
- XXXIII. Idem per omnia dicendum, von der Tochter des Sohns Weibes, oder dem Sohn der Tochter Mannes.
- XXXIV. Qui unum, in quæstionibus genealogicis, ponit casum, quatuor ut plurimum expressit, qui, in consanguinitate, eodem censentur jure; In affinitate, non semper item.
- XXXV. In genere stat sententia, quod quatuor personæ in eadem hora sponsalia initura, per affinitatem nequeant sibi esse impedimento.
- XXXVI. Consistoria dispensant et nequeunt idem agere, absque periculo querelæ; Principes, in casibus reservatis, gratiam præstant & denegant.
- XXXVII. Principes, qui omnem prohibitionem humanam, hinc dispensationem, per novas leges sustulerunt, verbis: Was nicht ausdrücklich in Gottes Wort verboten, varias quæstionum occasiones fecerunt, in suis territoriis. Vid. S. Rev. Dn. BAUMGARTEN Theologische Bedenken, passim.
- XXXVIII. Quando res non amplius est integra, sunt qui tollerari volunt conjugium, explicantes poenalem clausulam, sie sollen ohne Kinder seyn, de tabulis genealogicis publicis & alte am, sie sollen ihre Sünde tragen, de infamia. Vid. omnino M<sup>E</sup>VII P. 3. dec. 399. ubi mascula ad Regem deductio. Diss. STAVINSKI, de conjugio illegitimo, indulgentia principis confirmato, gravissimam meretur, in multis, censuram. Conf. Scripta, Hoyer-Wolzogeno-Schnaderbachiana. XXXIX.

XXXIX. Verbi divini ministris, renitentibus, post factam concessionem, commendamus legendam med. Leyserianam, spec. 292. n. 2.

XL. Ad argumentum a tuto confugere soepe quidem est, vel sangvineorum, vel melancholicorum; Sed in materia substrata illud omnino commendamus, utut post sudores & absque noxia scrupulositate.

*CLASSIS SECUNDA.*

- I. In textibus divinis, Vater und Mutter, omnes ascendentes; Sohn und Tochter, omnes descendentes significant.
- II. Est pronunciatio asc- & descendendum ita in stylo. Satis alias enim constat pictoribus, arborum genealogicarum, ramos, per ipsam naturam ascendere. Arbores, in corpore Juris Canonici, maxime in editione Pithoeana, eleganter sculptæ, inspiciantur.
- III. Veteres Germani gradus superius pictos solebant appellare Nagel; Hinc hodie superest phrasis, de superbiente per genealogiam, er hat einen hohen Nagel.
- IV. Compaternitatis jura Jus Papale extendebat nimis; Nos nimis forte restringimus eadem.
- V. Uxor fratris vidua, etiam absque dispensatione, duci potest, de praxi. Qui aliquando aliter sensit, indicet rationem. Enigma est in Ord. Eccl. Meckl. rev. f. 259. b. §. Die dritte Regel, qua verba: Zwischen dir und deiner verstorbenen Frauen Maimes Bruder.
- VI. Memorabilis est ratio prohibitionis consobrinorum, in Ord. fol. 259. a. umb Zucht willen. Sunt enim gradus dispensabiles instar soepis. Pie majores efferebant: vicinum licitum fit illicitum, propter vicinitatem illiciti.
- VII. Qui aliquando dixit, se malle concedere conjugium, cum uxoris sorore, quam cum hujus filia, utatur, meditandi secundis, curis
- VIII. Ord. Polit. Meckl. utut junior, Ordinatione Consistoriali, prohibet conjugium, usque ad tertiam generationem æqualem; Sed praxis Consistorii mansit in suo textu, inæqualem tertiam dispensationi obnoxiam tantum æstimans.
- IX. Nutricem ducere licet, de jure, quo utimur.
- X. Caveat sibi iudex, in matrimonialibus, ab affectatis scrupulis conscientiae, ex gradibus prohibitis, quos nempe interdum allegant, qui repudia quarunt.



PRÆNOBILIBUS  
DOMINO RESPONDENTI,


AMICO SUO DILECTISSIMO,


S. PR.

PRÆSES.


**I**nter varia exempla, filiorum, optimæ notæ, quorum Patres mihi  
fuere academici Commilitones et Amici, quique in studiis et mea  
qualicunque opera utuntur, etiam Te refero, ORNATISSIME DO-  
MINE SPRENGELI! Erat enim, & hæc Rostochii & in Academia  
Leycorea, Admodum Reverendus Tuus Dominus PARENS, cui Deus  
quævis fausta, etiam per tua studia, largiatur, ex illis Amicis, quibus  
utebar cum tranquillitate. Veni igitur mecum, ex Lectorio, in cathedram & orna, respondendo, eandem, ceu pronuper opponendo fecisti, Cape animum in studiis, egregium Theologum facientibus. Est Tibi nomen illud symbolicum HELLMUTH. Si illud descendit ab heroi- bus, fortis atque animosus ubique, maxime in causa Dei, appare; Si a puritate mentis, exhibe illam & memento illius auxilii divini, quo fruuntur, die reines Herzens sind; Si a præsentia animi & perspicacia, quam dicimus etiam einen hellen Kopf, gratulor tibi ingenii judicii que aciem. Utere illa in bellis Domini. Primitias studiorum edis & acquisis tibi laudem & commendationem. Lectores, solemus dicere, possunt decipi, non Auditores. De academicis sermonibus disputatoriis scribo, quoniam si illi forent non proprii, omnino Auditoribus illud constaret. Esto Vir, qui non solum ornatur, cum Deo, officio, sed qui ipse ornat officium. Esto strenuus, der die Gottlosen, uti est in Psalmo, nichts achtet. Ride hostes veritatis & tuos, responde illis semel, ex monito Regio, ne putent, se esse sapientes. Ulterius latrantes contemne, & accipe periodum ex ingenioso libro ascetico, b. KLEMMII s. r. Ergötzes Auge und Ohr, p. 318. ad textum Dom. Judica: Lasset uns die Verläumdung der Welt mit christlicher Sanftmuth ertragen. Uebel würde es einem ehrbaren Manne anstehen, der, auf den Gassen, von Hunden angebellt würde, wenn er sich mit ihnen herum jagen, dieselben mit Prügeln und Steinen verfolgen und also an ihnen sich rächen wollte Non effugient. Disputas de gradibus prohibitis & didicisti omnino, quæ in officio erunt necessaria, ad evitandum, non solum graves lapsus, sed & ea, quæ, in matrimonialibus, sunt mere positiva humana. Hicce te dimitto, fausta quævis tibi apprecans & animum Tibi deditissimum exhibens atque promittens. Vale &, hinc discedens, ubique vive salvus atque eruditionem augens. Iterum vale!


*Dab. Dom. Judica Anni MDCCLIII.*

















⌘ (o) ⌘

XIII

VIR PRAENOBILISSIMVS  
VS ADOLPHVS KROHN  
LVBECENSIS

ffima vitae suae ratione ita exponens:  
inclytam Lubecam, vbi in lucem editus sum anno saeculi  
tertio, die trigesimo Maii. Pater fuit HERMANNVS GEOR-  
D. Reip. Lubecensis, quum in viuis esset, Syndicus, Ma-  
ELISABETHA, Viri Magnifici HENRICI BALEMANNI,  
per viginti annos primarii filia. Auum paternum habui  
IOHANNEM ADOLPHVM KROHN I. V. D. Syndicum pri-  
m, deinde Consulem Lubecensem. Auos quidem ad seros  
eruaerat diuina prouidentia, quorum non solum exemplo  
singulari quoque in me collata beneuolentia vti mihi licuit  
citior Parentum carissimorum iactura. Matrem enim,  
uulis essem, Patrem haud ita pridem, quum non exiguae  
panductio, non sine luctu amisi. Nihil reliqui fecerunt  
vt a teneris vnguiculis me bonorum Praeceptorum fidei  
rum ex institutioe hausi quae ad pietatem humanitatemque  
BACKMEISTERVM, KROEGERVM, MÜNDERVM, postea  
os, iam pie defunctos, itidemque Reu. KOHLREIFFIV M  
guis artibusque ingenuis animum indefesso labore praepa-  
is officinam litterariam publicam frequentare coepi & cura  
OVERBECKII, B. LANGII & Cel. SELENII solidioris  
cepi. Pro rostris etiam Gymnasticis, quum Auus honora-  
HN Consul cum Auia amantissima A. 1750. die 28 Aprilis  
o, Iubilaeum gamicum celebraret, de *Coniugum iubilant-*  
*nignissimo Numine, vero Deo Vitali deriuanda*, publice  
cessum vero in Academiam, recitata oratione, *de Lubeca*  
*rebus, quae eius originem reddunt dubiam*, A. MDCCLIII.  
ycaeo Patrio dixi. Pater, quia Syndicatus officium, quod  
t, mecum iuit in Academiam. Elegit Francofurtum ad  
to per terras Hannoveranas, Brunsvicenses, & Marchicas,  
cepit me, qui tunc fasces Academiae tenebat, Ill. POLAC-  
aque Mathesin enucleantem audiui. Philosophicas praeser-  
suisit Reu. SIMONETTI, Ill. SVRLANDIVM & Cel. CVRT-  
docentes adii. Historiarum seriem narrante itidem Ill.  
strau. Institutionum & Pandectarum Elementa ab Ill.  
LIO accepi, linguam gallicam captui accommodauit Mr.

)( 3

MERCIER.